





R. N. S. S. T.

DISPUTATIO INAUGURALIS,

De

1300.

JURAMENTIS IN LITEM AFFECTIONIS

39

ET VERITATIS:

1668 1792

Quam,

DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI
JURISCONSULTORUM ORDINIS,

PRÆSIDE,

DECANO SPECTABILI,
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSUL-
TISSIMO ATQ; EXCELLENTISSIMO,

DN. JOACHIMO NERGERO,

GRYPHIM. SILES. JCTO ET ANTECESSORE LONGE
CELEBERRIMO, CURIÆ ELECTORALIS, SCABINATUS, ET
FACULTATIS JURIDICÆ, QUÆ HIC SUNT, NEC NON JUDICII
DUCALIS, QVOD IN INFERIORI LUSATIA EST,
ASSESSORE GRAVISSIMO,

*DN. Patrono & Studiorum suorum Promotore omni honoris
& observantia cultu etatem devenerando,*

PRO LICENTIA,

Summos in utroq; JURE Honores & Privilegia Doctoralia
rite capeffendi,

Publico Eruditorum Examine sistit,

Gottfried Keller / Coldic. Misn.

Ad diem XXVII. Septembr. A.R.S. M. DC. LXIIX.

In Auditorio Majori, Horis ante & pomeridianis.

WITTENBERGÆ imprimebat, DANIEL Schmaß/Univ. Typogr.



DIPLOMA
DIPLOMATICO HONORARIO
JURAMENTIS
INLITEM AFFECTIONIS
ET VERITATIS
DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI
JURISCONSULTORUM ORDINIS
PRAESIDE
DECANO SPECIALLY
VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSUE
TUDINARIO ET EXCELLENTISSIMO
DN. JOACHIMONERGERO,
GRYPHIM. SILES. JCTO ET ANTECESSORE LONGE
CELEBRISSIMO, CURIAE ELECTORALIS SCABINATUS ET
FACULTATIS JURIDICAE VICE REGENTIS, NEC NON JURIS
DUCALIS, QVOD IN INFERIORI LEGATA EST,
ASSESSORE GRAVISSIMO,
DN. Patrono & Studiosissimo Patrono Promotore omni honore
& obsequio cultissimo ac reverentissimo

PRO LICENTIA,
Summos in unop; JURIS Honores & Privilegia Doctoralia
sibi capessendi,
Publico Examinis Examini Hujus
Gottfried Keller & Goldie Miltzsch
Add. diei XXVII. Septembris. A. R. S. M. D. C. LXX.
In Auditorio Majori, Horis aere & pomeridianis.
Wittenbergae imprimenda DANIEL SCHNEIDER Typogr.



SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE,
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. JOHANNI
GEORGIO
SECUNDO,

SAXON. JUL. CLIVIÆ, MON-
TIUM DUCI,

S. R. I. SEPTEMVIRO MAXIMO
AUGUSTALI,

LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI
MISNIÆ, ET UTRIUSQUE LUSATIÆ: BURG-
GRAVIO MAGDEBURGENSI: COMITI
MARCHÆ ET RAVENSBERGÆ,
DYNASTÆ RAVEN-
STEINII, ETC.

PATRI PATRIÆ.

P. IO. MAGNANIMO. FELICI.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE
PRINCIPIS AC DOMINI

DN. JOHANNI
GEORGIO
SECUNDO

NEC NON

S. R. L. SEPTIMARIO MAXIMO
EXCELLENTE
LANDGRAVIO THIRINGIAE MARCHIONI
MISNIE ET UTRINQUE SASSATIAE BURG-
GRAVIO MAGDEBURGENSI COMITI
MARCHIE ET RAUENBERGAE
LANDGRAVIO DYNASTAE RAVEN-
MISNIE ET UTRINQUE SASSATIAE BURG-
MARCHIE ET RAUENBERGAE

PATRI PATRIAE

P. O. MAGNANIMO FELICITER



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DN. JOHANNI
GEORGIO
TERTIO,

DUCI SAXON. JUL. CLIVIÆ,
MONTIUM,

EXCELLENTISSIMI SEPTEM-
VIRATUS SAXONICI
HÆREDI,

LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI
MISNIÆ, ET UTRIUSQUE LUSATIÆ; COMITI
MARCHÆ ET RAVENSBERGÆ: DY-
NASTÆ RAVENSTEINII,
ETC.

DOMI-

DOMINIS

suis Clementissimis,

Hanc inauguralem,

devotissimâ animi submissione

dat. dicat. consecrat.

SERENITATUM IPSARUM

subjectissimus Alumnus,

Gottfried Keller/

Coldic. Misn.



J. J.

PRO OEMIUM.



Non abs re, Affectionis & Veritatis, in litem Jurisjurandi, speciebus, præmitti potest & debet, Jus nostrum esse Artem Boni & Æqui l. i. pr. ff. de J. & J. i. e. occupari Romanorū Juris Prudentiam circa Bonum & Æquum: Sic l. 25.

ff. de Pignorat. act. dicitur: Mediè (i. e. juxta contextum, observato æquo) hæc à Judice erunt dispicienda. § l. 7. ff. ut Legatorum nomine cau: dicitur: Sed melius est per mediocritatem (æquitate mediante, quod iterum innuit totus contextus) causam dirimere: audi Cujac. ad d. l. i. p. 6. Ipsum jus summum bonum & æquum est, alioqui jus non esset: & ars, quæ dicitur boni & æqui, nullas comprehenderet regulas juris scripti, quod est falsissimum. Jus summum est rigor juris, Ergò rectum jus: nam rigor à rectitudine nomen obtinet, ut Aggenus Urbicus ait: Si rectum, ergò bonum & æquum. Deniq; bonum & æquum omnes gradus rectitudinis complectitur, & non æquum simpliciter & bonum, sed & æquius & æquisimum, melius & optimum. hæc Cujac. hinc in d. l. i. §. i. Jæti dicuntur Philosophiam non simulatam affectare, hoc est, juxta Dn. Conringium Epist. 51. p. m. 296. Aii

A 2

(Jæti)



(Fcti) nimirum id dederunt operam, ut Legum illarum cum aeterno jure æquitateq; consensum ostenderent, rati, hoc esse demum veram & non fucatam Juris Philosophiam profiteri. Inde audenter sensere Quidam: sufficere Jus Romanum ad omnes & singulos emergentes casus, ut ut profundam Moralitatem seu maximam æquitatem spirent, decidendos; quæ sententia affanix allatrantes non sunt: siquidem felicior ipsa Philosophiâ Practicâ est Ars nostri Juris, in suggerendo apparatu & mediis ad resolvenda themata clientum litigantiumqve, aut quod potius est, sola JPrudentia ita decidere potis est, ut à Responsis Judici recedere non liceat arg. §. 8. J. de J. N. G. C. Non alienum, credo, ab hoc loco erit, si sequenti usus fuero Progymnasmate. M. Annæus Seneca Controvers. lib. I. Controversia VI. p. m. 85. ita scribit:

ArchiPirata Filia.

Thema: Captus à Piratis scripsit Patri de redemptione; non redimebatur. ArchiPirata filia jurare eum cœgit, ut duceret se uxorem, si dimissus esset, juravit. Relicto Patre, secuta est adolescentem. Rediit ad Patrem, duxit illam. Orba incidit. Pater imperat, ut ArchiPirata filiam dimittat & Orbam ducat: nolentē abdicat. Cujus thematis eruditissima expositio sequitur quidem, sed quæ ita sese non habet, ut, ubi acquiescere deberes, tutò posses: hinc ego ex Jure nostro ita balbutirem: legitimum fuisse filii cum ArchiPiratae filiâ matrimonium, nec Patrem vi potestatis suæ potuisse filio imperare, ut, illâ

ut, illâ dimissâ, orbam duceret puellam, nec abdicare illum reluctantem. Consensere enim nupturiens & Pater ipsius, ubi enim retraxit secuturam? & in filio deliberatus fuit desponsandi animus, cum poterat non consentiens captivus manere, & capientium de se sententiam expectare. *v. l. 2. ff. de R. N. & pr. J. de Nupt.* Sed coëgit filia, ut juraret, ac ita animus ad consentiendum non liber erat; Sed coacta voluntas est voluntas, quæ omnem volitionem ex se spirat *l. 22. ff. de R. N.* illasq; mixtas actiones magis spontè quàm coactè fieri, hodiè philosophantur: neq; à foemina vim factam divinare licet, utpote quæ, quod Julius Clarus, Menochius & Gielhausen sibi credunt, masculum rapiens, in poenam *l. un. C. de raptor.* non incidat, aut si vi ad jurandum adegerat, voluit Juvenis matrimonium, quia eo loco constitutus erat, ut effugere imminens malum non posset *l. 21. §. pen. ff. quod met. caus.* nec in domo paterna ductam ArchiPiratæ filiam dimittere potuit, cum Juramentum hoc de re possibili & cum quadam boni electione fuerit præstitum, ubi juxta *Covarruviam in cap. quamvis. de Pactis in 6. p. 2. §. 3. vers. hæc a. jurans in servando moram committens per jurum taliter incurrit, quod ne quidem per subsequutam remissionem juramenti ab eo, cui factum est, eluatur*: Neque Patris imperium obicem ponere poterat, si enim alimentorum denegatio *l. 4. ff. de agnosc. lib.* & dum filiam prostibulum esse voluit Pater *l. fin. C. de spectaculis & scenicis*, eximunt à nexu Patriæ Potestatis, non video,

cur filius sui juris non fuerit factus, quem parvo fortè
ære redemisse nolebat pater: nunc amissâ in filium
potestate, abdicationis vires nullæ erant. In hoc cer-
taminum genere prævit feliciter Diodorus Tuldenus
de causis corruptorum judiciorum Lib. II. c. IV. fol. 48.
ad eum finem, ut ostenderet studiosis & aliis, casus
juris per Artem Æqui, & non ex ingenii fiducia, decidi
oportere: Verba Jcti hæc communico: & quidem in
pr. cap. d. *Sed ut manifestius constet, quântò melius ex
Juris Prudentiæ rivulis, quàm ingenii fonte colligatur
Æquitas: libros Annæi propono controversiarum, de
quibus dissertationes exhibet maximorum cultissimo-
rumq; ingeniorum, sed quia Juris Prudentiæ amissi de-
stituuntur, cum subtilissimè invenerunt, id tamen egisse
dixeris, ut appareat quæstionis magis difficultas, quàm
dijudicandi ratio. & in fine d. cap. Sed ista jam suf-
ficiunt aut etiam nimia sunt: apparere enim inde juven-
tuti potest ingens Juris Prudentiæ Regnum, etiam in
peregrinis & alienis à jure controversiis, ferè etiam ex-
cogitatis, vim suam exerentis: adeò omnia sibi obnoxia
trahit Ars illa de Civilibus negotiis & quæstionibus
rectè firmiterq; decernendis. Nunc arcem rei ingre-
diar: antequam verò id fiat, supremum Numen de-
votus invoco, ut hoc negotium felix esse sinat. Esto
verò*

POSI-

POSITIO PRIMA.

Licet verum sit, Christiano homini per solum verum Deum, & non per creaturas jurare licere; nihilominus jurandum per fictitios deos praestitum jurantem obligat.

Ejusdem elucidatio.

Cum in tres Positio se dispescat partes, hisce in tribus paragraphis impendetur opera.

§. I. In solius veri Dei nomine jurandum esse apud eos, qui orthodoxa Religione initiati sunt, nullum dubium habet, cum per jusjurandum religiosè aliquid asseratur vel negetur, Deo invocato, qui corda probare potest *Jer. XII. 6.* deinde jurantium indubitata prostant exempla, juravit enim in Veteri Fœdere **DEUS**, *Jerem. XLIV. 26.* in Novo, ipse **CHRISTUS**, Deus simul & Homo, *Marc. III. 28.* itidemque jurarunt Angeli *Apocal. X. 5. & 6.* Patriarchæ *Genes. XIV. 22.* ac Apostoli *Rom. I. 9. & ad Hebr. VI. 16.* Juramentumque omnis controversiæ finis esse dicitur, Nobilissimus Dominus Præses, Patronus meus colendissimus in Notis ad Schnobelii *Disput. VIII. ad π. th. 13.* Ne verò, quasi in alienam messem falcem immittere videar, objici possit, necessitatem jurandi ex Jure Romano ostendere paratus sum; quia pacta sunt servanda *l. 1. ff. de Pact.* Ubi Jctus, ne ex Placito Majestatis tantùm loqui videatur, æquitate naturalē, tanquam immotum fundamentum substernit, & hoc est quod *Pufendorffius Elem. Juris Prudentiæ Universalis Lib II. Obs. IV. §. 29.* ex mente quidem Jctorum Romanorum, sed suis verbis habet: *Cur autem aliquis alterius fidem, etiam nullà præterea cautione datà, sequatur, inde est, quod, cum ista nullum commodius vinculum sit sociali hominum vitæ conservandæ, ad quam Natura homines destinavit, quilibet præsumatur fini sese huic attemperaturus, quamdiu quidem ipsius facta contrarium non ostenderunt, hæc Ille: Jam cum quidam seriam fidem verbo quidem ostendant, opere verò deserant,*
illam

illam vinciri jurejurando, quasi jurato quodam pacto,
oportuit. *arg. l. 1. ff. de Jurej.*

§. 2. Non per creaturas, uti enim soli Deo serviendum,
ita & per solum Nomen ipsius jurandum, *Deut. VI. 13. &
Jesue XXIII. 7.* homo enim scit, hominem mendacem
esse, hoc est, posse mentiri & ignorantem esse, ac ita
consequenter posse fallere & falli, ideò veracem & scientem
testem adducere necessarium est, ac rectè Theologi docent,
quod in formulis illis jurandi, ubi animæ, salutis & con-
demnationis fit mentio, directè per DEUM juretur, cum
jurantes se vero DEI judicio subjiciant. M. Dunte *Casib. Con-
scient. cap. de Lege qv. 27. fol. 249.* magniq; facio distinctionem
Magnifici D. Ziegleri ad Grot. *Lib. II. cap. XIII. §. XI. p. 362.* an
creatura consideretur ut objectum Jurisjurandi, tunc per
eam jurare non licere, an verò ut signum & effectus, tunc
omnino licere.

§. 3. Non equidem assevero Turci, e. g. Jusjurandum
per suum Mahometem verum esse posse jusjurandum, eidem
tamen legitimi vires quodammodo attribuere, siquidem si
totum totum jurantem excutias, omnè fidem sui juramenti
in Deastro suo ponit; itemq; ex parte accipientis ratum est,
quia contentus est juratâ asseveratione, quam saltim jurans
agnoscit, hoc est, quod rursus *Magnif. D. Ziegler. ad Grot. de J. B. P.
lib. II. c. XIII. §. 12. fol. 363.* scribit: *Juramentum per falsos Deos
prestatum non obligat ex se, nec est verum juramentum, quia non in-
vocatur verus DEUS in testem, nec obligatio ejus ad religionem aut
pietatem verè pertinet, cum in veri DEI contumeliam tendat, &
actum idololatricum contineat: obligat tamen ideò, quia proficiscitur
ex conscientia erroneâ: nec igitur sub ratione perjurii DEUS istud in-
injuriam suam interpretatur, si per falsos Deos pejeratum sit. V. text.
c. 16. movet 22. q. 1.* Nec verum est, quod hic accipiens de
peccato jurantis participet; sumas exemplum de eo, qui ad
incitas redactus, à feneratorum pecuniam accipit, hic certè
iniquitati dantis non communicat; Rectè *Augustinus Epist. 154.*
pag. 239.

pag. 239. ex Editione Theologorum Lovaniensium, qui locus
in Jus Canonicum relatus est d. c. 16. caus. 22. q. 1. *Qui utitur
fide illius, quem constat jurasse per Deos falsos & utatur non ad ma-
lam rem, sed ad licitam & bonam, non peccato ejus se sociat, quo per
dæmonia juravit, sed bono pacto ejus, quo fidem servavit.*

I I.

Juramentum est etiam considerationis Juridicæ.

Juramentum enim ad actiones humanas pertinet, qua-
rum directio & moderatio Ejus est, Qui in Republica τὸ κρείον
habet: hinc fit, quod in Imperio Romano-Germanico ab-
solutio à Juramento ad effectum agendi Summo Magistratui
Politico concedatur Zanger. de Except. P. 2. c. 1. n. 426. & Biccias
in Aureis Sect. V. §. 77. fol. 672. nec aliter imbutus Jure Romano
sentire potest, cum res divinæ, quarum speciebus Jusjuran-
dum ad numeratur, inter JurisPrudentiæ Romanæ princi-
pia, quæ per se & primùm insunt, egregium occupent locum:
ita enim §. 1. Inst. de J. & J. l. 10. §. 2. ff. eod. definitur Juris-
Prudentia quod sit & rerum divinarum notitia: Neque, quasi
falce in alienam messem immittat, incusari potest Jctus Divina
tractans: cum Theologo suum circa Juramenta considerandi
modum largiter concedat, suum tamen sibi retineat; qualis
verò ille sit, cætera definitionis verba oppidò edocent, audi
insuper Cujacium ad d. L. 10. ff. de J. & J. ita scribentem: *Ex hæc
Legum scientiâ sit, ut cognoscat quis res divinas & humanas, & simul
justum & injustum, quod necesse fuit adjici, JurisPrudentiam esse
justi & injusti scientiam: non alio sine explorat res divinas & huma-
nas, quàm ut justum ab injusto secernat: hæc est Sapiencia Civilis,
hæc JurisPrudentia, hæc est absoluta JurisPrudentia, non Sapiencia
simpliciter, quoniam hæc latissimè patet, sed Sapiencia, quæ consistit
in cognitione justi & injusti, non tantùm si tractetur de rebus huma-
nis, sed & de divinis. Hæc Cujac.* Nolim verò concedas in par-
tes eorum, qui sibi credunt, Romanos, uti ipsam Religio-
nem, ita quoq; Juramenta pro instrumentis Status habuisse:

B

pro-

perfectò in Historiis toties decantata & tot exemplis comprobata eorundem sinceritas animi neutiqvam tale grande malum admittit.

I I I.

Jusjurandum est religiosa intentionis nostræ asseveratio, sub obtestatione Numinis Divini, in testimonium veritatis & vindictam perjurii.

Hanc definitionem, quæ optimi Præceptoris Schnobelii est Disput. VIII. ad π. th. 13. retinere malui. Non vanus est labor, indagare ad quodnam Decalogi Præceptum referri debeat Juramentum, cum & Juris sit moralis. Graphicè, ut omnia, Bæclerus Præfatione præmissâ Commentationi ad Grot. de J. B. & P. fol. 4. scribit: *Jus Natura egregiè est in Decalogo expressum, atq; ita quidem accuratè perfectèq; ut prorsus existimem, Ethnicos hanc methodum unicè amplexuros fuisse, si ab ipso DEO promulgatam Tabulisq; comprehensam Legem Naturæ credidissent. Multum certè minueretur de labore requirendi & exprimendi capita Juris naturalis, eademq; à Jure Gentium distingvendi, si præmonstratam ab ipso DEO disciplinam, citra ambages, sequeremur, quod faciendum esse demonstravit institutâ enumeratione Philipp. Melanchthon in Philosophia Morali. Hæc Ille. Et ego, quantum quidem judicare possum, nunqvam satis laudavero Magnifici D. Abrahami Calovii Theologorum Orthodoxorum Theologi Orthodoxi germanicas quæstiones & notas ad Catechismum Lutheri, quæ moralitatum refertissima sunt & multis parasangis eorum libellos morales superant, qui sine sacrâ Scripturâ moralia tractant. & Anton. Ferdinandus de Moure totam Theologiam Moralem ad X. Decalogi Præcepta conscripsit; Tr. Examinis Theolog. Moral. Ad secundum verò Præceptum Tabulæ I. spectare Juramentum dubitari neqvit. Nunc ad qualemqualem definitionis enodationem venio: Descriptum est Jusjurandum, de cujus ἐπινοῶ, Synonymia & Homonymia vide Colleg. Argent. ad tit. π. de Jurej. §. 2. ibiq; Additionatorem. Descriptio complectitur Genus & diffe-*

differentiam : illud est Schnobelio asseveratio : ita & Melanchthon in Philosophia Morali T. de Juramentis fol. 249. definit : affirmat enim jurans, rem, prout antea vel affirmaverat vel negaverat, sese ita habere : Cæterum an ad Juramentum verba sint necessaria, gravis lis est ; Sunt qui in iis, qui loqui possunt, verba desiderant, in iis verò, qui loqui nequeunt, signa requirunt : Sed ut contrariæ sententiæ accedam, moveor, quod Juramentum DEO præstetur, qui solius mentis hæc *ἡ ἀποκρίσις* est c. 6. 14. q. 5. & c. XI. dist. 32. verbis verò opus erit ad certio rem Juramenti probationem vel declarandam animi significationem. V. Covarruv. ad c. de Pactis in 6. Part. 1. pr. n. 5. Objectum faciunt verba, intentionis nostræ sc. legitimæ, seu rei legitimæ : Sic enim *Wesenb. Germania Præceptor ff. de Jurej. n. 5.* scribit : *materia circa quam, sunt res honestæ & licitæ, nec enim debet Jusjurandum vinculam esse iniquitatis c. 1. de Pact. in 6. neq; obligatorium est, ut ajunt, contra bonos mores c. non est obligatorium § 8. de R. I. in 6.* hinc inferre licet, jusjurandum ex Syllabo quidem rerum honestarum esse, per se tamen non expectandum, sed propter aliud, sc. necessitatem, *Soto de Just & Jur. quæst 1. art. 5.* Formale consistit in religiosâ asseveratione, h. e., quod horum verborum explicandorum causâ adjecit *Schnobelius, sub obtestatione Numinis Divini,* cum enim Jusj. actui, cui adjicitur, fidem conciliet, oportet profectò Eum, per quem fidem damus, perfectissimè cognitam habere illam assertionem nostram. v. l. *fin. C. de Fideicom.* Additur deinceps & finis, Juramentum enim fit in testimonium veritatis. Cætera ad effectum spectant verba, *ad vindictam perjurii,* tum respectu divini, tum humani judicii : quoad DEUM, verba *Melanchthonis iterum recitabo, d. l.* Hæc definitio aliquo modo ostendit, quam terribile vinculum sit Juramentum, & quantum mali sit violatio Juramenti, quia violatio multipliciter afficit DEUM contumelias, cum sit vocatus, ut sit testis & vindex, violatio negat eum esse testem veracem, contemnit ejus vindictam, & arguit eum mendacij. Hæc Melanchthon.

Respectu iudicii humani statuo, quod Jure Civili in per-
juros poena sit constituta per *l. 13. §. fin. ff. de Jurej. l. 22. ff. de
dolo mal.*, nec putandum, omittere voluisse Majestatem poe-
nam in perjuros, cum in ipsas Respub. maxima mala ob per-
juria expetierint; hinc Poëta:

*Clades mortalibus unde
adveniunt, quoties fallaci pectore jurant.*

V. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 13. n. 1. nec contra facit *l. 2. C. de Reb.
Cred. & Jurej.* ne aliàs hoc absurdum inde promanet, quod
DEI contempta Religio minùs puniatur quàm Principis, aut
cum *Wesemb. π. de Jurej. n. 13. d. l. 2. C.* referri debet ad animam
& conscientiam pejerantis; aut cum DN. Hahnio ad Jura-
mentum temerarium, aut ex calore iracundiæ præstitum,
vel etiam ad liberandum pejerantem à crimine læsæ Majesta-
tis *arg. l. 2. C. ad L. Jul. Maj.*

I V.

*Inter species Juramenti, quæ sunt Promissorium,
Confirmatorium & Decisorium, hoc sub se complectitur
voluntarium, judiciale & necessarium, & hujus iterum
subspecies est Juramentum in litem.*

Promissorium describunt *δεντηνῶς & πρῆνῶς*, non quod
etiam in eo nulla insit Confirmatio, sed quod actus aliquis
alius priùs gestus non ita perspicuè præsupponatur, sed in
ipso veluti Juramento gerendus includatur: quæ promissio
circa solam fidem, vel circa rem aliquam præstandam occu-
patur; hoc ipsum Jure Canonico producere obligationem
c. 9. in fin. X. de Arbitr. non verò Civili, certum est communi
Dd. Scholæ v. DN. *Franzk. π. de Jurej. à n. 48. & DN. Struv. Ex.
17. ad π. th. 21.* Confirmatorium esse, quod alicui actui in se
perspicuo & separato adjicitur, nomen indicat: hoc Jure
Civili præsupponit actum validum *L. 1. C. si advers. vendit.*
Canonico verò etiam super invalido interpositum servari
oportet, modò promissio juri naturali & divino non adver-
setur

setur c. 28. de jurej. & c. 2. de Pact. in 6. Excellentissimus DN. Præses ad Schnob. Disp. VIII. th. 13. Decisorium est quod litis terminandæ causâ præstatur, cujus species vulgò traditæ non displicent; easq; cum DN. Schnobelio ita definio vel potius describo: Voluntarium est, quod pars parti ex conventionem extra judicium, (seu pars ad jurandum provocat) l. 28. §. fin. ff. de jurej. Judiciale quod pars parti in judicio l. 12. §. 1. C. de jurej. & necessarium, quod Judex in causis dubiis alterutri litigantium, defert. L. 31. ff. de jurej. quas definitiones, monente Biceio in Aureis suis Sect. V. th. 130. fol. 752. scire oportet eum, qui in legendis Interpretibus & Praxi forensi cum fructu versari vult. Necessarii Jurisjurandi subspeciem facio Juramentum in litem, tum quod à Judice l. 4. §. 1. eod. deferatur actori l. 4. §. 2. ff. de in lit. jurand. tum etiam quod ob inopiam probationum. V. Wesenbec. π. de in lit. jur. n. 1. Wiesenbach. π. ibid. §. 44. Zoës. π. eod. n. 1. Ostermann. Disp. 21. ad π. th. 45. & 46. tum quod itidem ad litem decidendam vel ex mente contrasentientium spectet; nec movet Bachovii ratio, quod, si actor contentus esse velit communi æstimatione, utique in litem jurare non cogetur: Cum hoc de quovis actore vix præsumi debeat, utpote cum ipsi potestas permittatur æstimandi rem suam etiam immodico pretio.

pro p. 1. b.

Cui immodico præsumam æstimat per zium tunc mittit

V.

Hoc in litem Jusjurandum in duas abit species Affectionis & Veritatis.

§. 1. Definio sub initium Juramentum in litem, quod sit religiosa asseveratio, ubi ex delatione Judicis, propter intervenientem dolum vel culpam rei conventi rem non restituentis, actori Domino rem suam æstimare licet, litis finiendæ gratia. l. 1. l. 2. §. 1. & l. 7. ff. de in lit. jurand. l. 8. §. 1. ff. rerum amot. Multifariam verò vox litis in Jure accipitur, notat enim 1. Controversiam in judicium deductam l. 4. ff. de Judiciis. 2. Actionem, quæ in Judicio exercetur l. 36. ff. de V. S. & rem controversam l. 21.

Juramentum affectionis et veritatis vel falsitatis non in dolo moderatone ab h. y. potest in jurand. habere ut h. b. p. si falsum p. vel unum p. q. p.

B 3

ff. de



ff. de Evid. quæ significatio hujus loci est: itemq; constat ex datâ in litem Jurisjurandi definitione, quod hîc in litem sit, in æstimationem rei jurare, seu quanti litem æstimare. Per dolum quid intelligendum, dicere super te deo; Sub eodem autem hîc culpam latam, uti communiter aliàs, complector. *l. 1. §. 2. ff. si is qui testam. liber.* & dolus præsens intelligitur, cum quis restituendi facultatem habet, nec tamen restituit *l. 2. §. 1. ff. de in lit. Jur.* & præteritus, cum quis fecit, quo minus possideret *l. 68. ff. de R. V.* Culpa porrò mihi hîc est, uti regulariter, levis, quæ in mora non restituendi consistit post rem perditam vel deterioratam *l. 5. §. fin. ff. d. t. V. Franzk. ib. n. 4. seqq. Wiesenb. Diss. 24. ad π. th. 44.*

§. 2. Hæc distinctio fundamentum habet in Legibus & harum rationibus *l. 1. ff. de in lit. Jur.*, ubi ex contumaciâ res æstimatur ultra ejusdem pretium, quo ipso significatur, ex affectu jurantis rem pluris esse, quàm ex se & communiter valet. Deinde in *l. 4. §. 2. ff. eod.* in infinitum jurare licet, quæ licentia actori non esset, si quanti reverà res est, jurare cogere: Rationes itidem non contemnendæ hoc suadent, cum æstimans rem præter voluntatem amittere, imò quasi vendere cogatur, in quâ quasi necessariâ venditione emtoris, sicut in voluntariâ, erit, statuere pretium; accedit quod dolum adversarii puniri conveniat *L. 8. ff. de in lit. Jur. l. 70. de R. V. l. 7. ff. rerum amot. V. Franzk. ad π. de in lit. Jur. num. 6.* Verbum verò *infinitum* hîc loci aliter sumitur Jctis, quàm Philosophis, his enim est, ubi numerus causarum subordinatarum in infinitum porrigitur, id est, nunquam ad causam ultimam pervenitur, quem processum vitiosum esse probant illi in suis Scholis: Jctis verò est ille terminus terminatus, seu æstimationi certa summa præficitur, quam tamen actor jurans velit: hinc cum *Corvino in Aphorismis ad π. d. t. Juramentum Affectionis dico, ubi actori rem æstimare pro arbitrio permittitur l. 1. 2. 9. & l. 5. §. 2. ff. h. t. Vid. Schnobel. Diss. VII. ad π. th. 23. & Dn. Carpz. in Process. T. XII. art. 4. n. 5. 6.*

§. 3. Non

§. 3. Non tantum illis, qui in Juris Prudentia & Jcto-
rum definitiones, divisiones & Regulas invehuntur, displice-
re hac divisio poterat, sed & ex Ipsis Jctis sunt, qui contra-
dicendi studio hic renituntur: Quidam verò in defectu
peccant, quidam in excessu: Illi qui unicum Affectionis,
nullum Veritatis Jusjurandum agnoscunt, ita enim alias ju-
diciosus Wiefenbach. π. b. t. §. 44. scribit: *Jusjur. in litem, Af-*
fectionis est l. 68. ff. de R. V. Veritatis non est. Ergò Jusj. Veritatis
non est species Jurisjurandi in litem. Si huic argumentationi vis
aliqua inesse debet, ratio seu medius terminus Wiefenbachii
ita comparatus sit necesse est, ut omne Jusjur. in litem sit
SOLIUS Affectionis, nisi enim exclusiva illa subintellige-
retur, adversaria nulla mihi constituta foret, cum largiter
concedam: quoddam Jusj. in litem Solius esse Affectionis:
Sed ex oppositione Wiefenbachiana liquet, ipsi omne Jusjur.
in litem affectionis duntaxat esse, quod hisce clarissimis
antecedentibus verbis Wiefenb. habet: *Omne Jusj. in litem*
est affectionis, nullum veritatis: hæc verò opinio confu-
tata est in l. 2. ff. de in lit. jur. nec d. l. 68. contradicit, imò
meæ parti favet vers. si v. nec potest. & c. Si i. verba illa, quæ
res est, de verâ æstimatione explicentur; (licet non inficier,
eadem & interesse quandoq; significare) quam expositio-
nem 2. juvant illa, nec dolo fecit: non enim actoris affectioni
indulgendum est, si res sine dolo, fortè etiam sine culpa
apud debitorem perierit, & æqvè apud creditorem perire
potuisset, sed de hoc infra pluribus.

V I.

Judicem Affectionis hoc Jusjur. Domino litis, qui
juste atatis, & qui litem suo nomine contestatus est, de-
ferre oportet.

§. 1. Præsuppono Juri Civili hoc Jusjur. transcriben-
dum esse t. t. ff. & C. de in lit. Jur. Majestas deinde per Legem,
potestatem hanc deferendi Juramentum detulit Judici:
quorsum

quorum refero verba in pr. l. 4. ff. de in lit. Jur. ibi *Auctoritas Juris non refragabitur*: de Judice d. l. 4. §. 1. hæc conceptissima verba sunt: *deferre autem Jusj. Judicem oportet: Cæterum si alius detulerit Jusj. vel non delato juratum sit, nulla erit religio, nec ullum Jusj. ratio esse potest, quia non privati est, contumaciam rei punire sed Judicis L. 8. ff. d. t. deinde assumantur hinc rationes th. 5. pro Jurej. affectionis citatæ.*

§. 2. Solus Dominus litis, i. e. qui jus in re vel ad rem habet, & qui litem suo nomine contestatus est, jurare in litem potest l. 7. ff. b. t. nec excludo creditorem hypothecariâ experientem l. 8. §. 2. ff. *Quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Vid. text. in l. 16. §. 3. ff. de pignor. & Bachov. Disp. VII. de Action. th. 16.* ubi Antonium Fabrum ex professo refutat, & inter alia contradictionis in his verbis: *Ut Juramentum in litem locum habeat, oportere rem esse vel actoris propriam, vel ei debitam, convincit.* Sit etiam jurans justæ ætatis, ne ad jurandum sit facilis, nec ad superstitionem timidus l. 8. ff. de condit. institutionum.

§. 3. Fluit ex dictis facile, quos à jurandi Provinciâ hæc depelli oporteat: Sed lubet de quibusdam dispicere: & primum de Procuratore dubitari poterit, utpote qui post litem contestatam Dominus litis efficitur l. 22. l. 23. C. de Procurat. Sed hæc insufficiens partium recensio est, cum in l. 7. ff. de in lit. Jur. non tantum qui litis Dominus, sed & qui litem suo nomine contestatus est, ad jurandum admittatur; neutrum verò dici potest de Procuratore, qui cum & Jure in re, & ad rem destitutus sit, Dominus litis sc. instantiæ, non rei in litem deductæ, dicitur; nec nisi absurdè suo nomine litem contestatus diceretur, cum tota essentia ejus sit, ut alieno nomine negotia peragat l. 1. ff. de Procurat. metuoq; an tutò Rosbachij in Processu Civili Tit. 68. n. 6. exceptioni accedere quis possit, sc. *Procuratori tunc deferri possit, si ad hoc speciale mandatum habeat, cum cit. text. in l. 17. §. fin. ff. de Jurej.* non de articulo Jurisjur. affectionis agat; & laudatus Gail. lib. 1. Obs. 83. de Juramento calumniæ scribat. *Quicquid sit, fortean*

forte an Praxis Rosbachio ad stipulatur, nec adeo hic refractarius ero, ne Viro in Jure Theorico & Practico Consummatissimo obloqui Juvenis videri possim. Nec res circa tutorem scrupulo caret: ego inhæreo regulæ in d. l. 7. ff. de in lit. Jur. & verba Rosbachij d. l. mea facio; quæ ita habent: *Qui suo nomine litem non est contestatus, illi Juramentum deferri nequit*: Jam de Tutore illud verum est: Et hoc satis à Veteribus Juris Prudentibus exputatum esse, apparet ex L. 4. ff. eod., ubi distinctio est, an velit jurare nec ne, & pro nolente ratio sat ponderosa adfertur, grave scilicet videbatur, invitum tutorem sub alieni compendii emolumento, etiã perjurium anceps subire; volens verò, ductus affectione erga pupillum, admittitur. *Wesemb. d. t. n. 4. in fin. Cl. Struv. ib. tb. 61. & Uimm. Diss. XX. ad Process. tb. 2. n. 9.*

VII.

Hoc Juramentum tria desiderat, primum est jus actoris in re petitâ; alterum, ut in hanc illius cadat affectio, seu res certam estimationem non admittat; & tertium, dolus & lata culpa rei tantum.

§. 1. Primum requisitum persecutus fui aliquo modo th. præcedenti: ubi Dominum litis dixi esse, non tantum, qui juri in re innititur, sed & qui Jus ad rem habet: Antonius Faber *Decad. 92. error. cap. 1. §. 10.* hoc posterius non admittit, sed prius tantum, ex hac ratione, quia nemo in litem jurare possit, nisi qui jure Domini experitur l. 8. in fin. ff. de in lit. Jur. Verum enim cum l. 1. l. 5. §. fin. ff. d. t. & l. 5. §. 1. ff. si quid in fraudem Patroni: ob contumaciam non restituentis in litem juretur; quod ipsemet Faber in Codice suo *Tit. de in lit. Jur. defn. 1. n. 1.* hisce verbis faretur: *Non enim defertur hoc Jusjurandum, nisi adversus eum, qui probatur esse in dolo, & ex l. 8. citatâ Fabio, ibi, cum & contumacia punienda sit, facile patet, dogma Fabrianum intolerabile: nec d. l. 8. verba finalia multum stringunt; rectè enim*

C

Bachov.

Bachov. Disp. VII. de Action. tb. 16. respondet, quod eo ipso, dum ratio illa applicetur ad casum Domini, non propterea alii casus excludantur.

causam affe-
ctionis locum habet
in am. de q. l. c. h.
estimatio

Nummi antiqui
nummi antiqui
in alea certum
nummi & hinc
cy. q. hinc

§. 2. Per affectionem intelligo, estimationem hanc juratam pro utilitate utentium fieri debere; ideò enim, quod supra monitum, inductum est hoc Jusjurandum, ne inviti Domini cogerentur res suas justo pretio distrahere l. 25. §. 1. ff. soluto matrimonio. Sunt alii, qui affectionem ad rem ita exponunt, quod ejus aestimatio sit incerta: ut Ummius Disp. XX. ad Proc. tb. 5. n. 21. quem in thesi secutus sum; atq; hoc est aperti Juris l. 3. ff. de in lit. Jur. ubi propter depositos nummos non juratur in litem, cum certa sit eorum aestimatio: Justo verò rigidior censor est Bachov. in hæc Treutleri verba Vol. I. Disp. XXI. tb. 12. lit. g. & in rebus certam estimationem non habentibus: cum Treutl. cum d. l. 3. vi oppositorum eadem scripserit: aliàs certum est, quod Juramentum in litem in nulla quantitate, seu re in suo genere functionem recipiente, admittatur. Vid. Nicolaus Bellonus supputationum Juris c. 14. n. 5.

§. 3. De dolo nulla lis hæret ob claros textus l. 2. §. 1. ff. de in lit. Jur. & c. Vid. Wesenb. π. d. t. n. 4. adjeci verba: & lata culpa, quia hæc sub dolo comprehenditur in negotio Civili l. 5. §. 2. ff. commodati §. 3. Inst. 2. mod. re contrah. obl. hinc Bachov. ad Treutler. Vol. I. Disp. XXI. tb. 12. lit. e. scribit: Pendet hoc ab æquiparatione hujus culpæ cum dolo passim jure nostro tradita: & existimabam quidem aliquando, ex æquiparationem istam tantum habere locum, ubi de simplici præstatione ejus quod interest, vel nobis abest, tractatur: sed video, latius illam æquiparationem porrigi, & etiam in casu actionis pœnalis dupli locum habere l. 1. §. 2. non aliàs ff. si is qui testam. lib. & c. hæc ille: hoc cum ita sit, exclusiva in l. 5. §. 3. ff. b. t. non officiet, cum non latam sed levem excludat culpam. Dissentiunt Schotan. in Exam. Juridico Part. III. b. t. & Pacius Cent. III. LL. Conciliat. b. t. fol. 283. quod ob latam culpam non juretur, nisi in tutelâ, certo casu l. 2. C. b. t. Quibus iterum obverto illam doli & latae

latae culpae in Jure nostro æquiparationem, imò *l. 32. ff. de-
positi*; lata culpa dolus esse dicitur, subjuncta sat congruâ
ratione: nec in casu tutelæ ulla alicujus specialitatis ratio
dari potuit. *d. l. 2. C.* verò excusationem discursui reservo:
addo, quod contra hæredem frustratoris in litem non jure-
tur, tum quòd fraude careat *l. fin. C. b. t.* tum quòd ob
levem culpam hic non juretur *l. 4. in fin. ff. b. t.* quem
textum ita rectè ad hypothesein transtulit *Wesemb.* Cum igi-
tur, scribens, *in culpa tantum* (levi, quod contextus arguit)
hæret Possessor, non in dolo, æstimatio litis minimè ab aëctore juxta
suam affectionem, sed ex veritate à Judice facienda est, excipio
tamen, nisi lis cum defuncto contestata fuerit *l. 4. § 5. C. b. t.* Vid.
Schotan. in Exam. d. l. pag. 392. & Wesemb. d. l. n. 4.

VIII.

*In Actionibus in rem, ad exhibendum, in b. f.
judiciis directis, arbitrariis, & in stricti juris, si mu-
tentur in arbitrarias, & ad restituendum vel exhiben-
dum agatur, in litem jurari potest.*

§. 1. Actiones in rem esse ex Jure agenti in re ipsâ
acquisito, inclarescit ex §. 1. *J. de Act.* Quod in his actioni-
bus in genere dictis locus sit nostro Jurijurando, itidem
apparet ex *l. 5. ff. b. t.* si per species ibis, occurrent rei vin-
dicatio *l. 68. ff. de R. V.* hæreditatis petitio *l. 25. §. 10. ff. de
heredit. petit.* hypothecaria *l. 16. §. 3. ff. de pignor. & hypoth.*
Confessoria & negatoria *l. 7. ff. si servit. vindic.* Consule *Umm.
d. Diss. XX. ad Proc. th. 4. n. 5. DN. Struv. Exerc. XVII. th. 63.*

§. 2. Ad exhibendum actio est, actio personalis in
rem directa, quâ petitur, ut res exhibeatur, ejusq; videnda,
apprehendendaq; copia aëtori fiat. *Eine Klage/dadurch man
bittet ein Ding herfür zu bringen / und zu verschaffen / daß man
desselben mächtig werden könne. V. Wesenbec. π. ad exhib. n. 2.*
Terminum in Processu *cap. 156. fol. 377.* In rem esse dici-
tur, quia contra Possessores datur, licet sui natura sit per-

sonalis: V. Corvin. in Aphorism. π. ad exhib. §. datur ei &c. ibiq;
Nobilissimus DN. Præses in Notis. In hac iterum actione
itidem locum esse Jurijurando in litem affectionis, osten-
dit d. l. 5. ff. b. t.

§. 3. Bonæ fidei actio est, ubi Judex ex bono & æquo,
quid alteri alterum præstare oportet, ex formulâ & con-
ventionis naturâ, æstimandi libertatem habet §. 30. Inst. de
act. & t. t. Inst. de Oblig. quæ ex Consens. Est autem in §. 28. In-
stit. de Act. singularum actionum b. f. sufficiens enumera-
tio. Dico b. f. directis, quò ipso removeo contrarias; esse
enim actiones b. fidei alias directas, alias verò contrarias,
apparet ex §. 2. Inst. de pœn. tem. litig. Directa b. f. actio hic
loci est, quæ ei datur, ad quem res magis pertinere videtur,
& cujus gratia actio præcipuè introducta est: Rebban. in
Hodogeta Juris Charta II. Clim. III. §. 28. f. 457. & Wesenb. π. de
Pignor. act. n. 9. ibiq; DN. Habn. Scias verò velim, in iis
tantum b. f. actionibus jurari in litem, ubi de restituendo
vel exhibendo agitur l. 5. pr. junct. l. 2. §. 1. ff. b. t. uti sunt
actio commodati l. 7. §. 2. ff. commod. depositi l. 1. §. 26. ff. de-
posit. locati l. 48. §. 1. locat. hinc cum Franzk. π. b. t. n. 14. &
Donello l. 26. c. 8. ibiq; Hilligero & Perezio C. b. t. n. 4. actionem
ex emto removeo. Dissentit quidem Colleg. Argent. π. b. t.
§. 6. n. 1. ibiq; Additionator his verbis: Etiam in actione emti,
est enim b. f. & tendit ad rem restituendam: & si non restituatur,
venditor condemnatur in id, quod interest, ut proinde nihil sit,
quod Jusj. in litem impediat. (sequuntur verba Additionato-
ris:) Nam restituendi verbum non obesse ex antè dictis constat:
quinimò & propter textum generalem l. 5. ff. b. t. ubi sanè peccasset
Fctus, si tam notabilem speciem non excepisset. Sed respondeo,
quod ratio pro Juramento affectionis, de quâ th. 5. hic non
obtinet, cum non possit dici de emtore, quod rem suam
quasi vendere cogatur, suam enim jura dicunt, quæ est in
nostro Dominio, pr. Inst. 2. mod. re contrah. oblig. venditor v.
nondum tradidit; nec admittendum, ut verbum restituere
hic

hic loci etiā rō tradere ambitū suo complectatur; Cūm hīc
ad restituēdū ita agatur, ut res ā nobis profecta, qvā NOSTRA
MANSIT, repetatur: repete textus in l. 7. §. 2. Commod. l. 1. §. 26.
ff. depositi: deinde praveni glossema Additionatoris in d.
l. 5. dum cum ea conjunxi l. 2. §. 1. ff. b. t. Obverto verba
Perezii d. l. Qvō sit, ut verba l. 5. ff. b. t. in b. f. actionibus in-
distinctè prolata, restringenda sint ad eas, qvā habent eandem na-
turam. Et hęc itidem est ratio, cur in contrariis b. f. actio-
nibus non juretur in litem, qvia non de restituendo, sed
de indemnitate agitur l. 5. pr. ff. depositi: Non bene verò
illi faciunt, qvi ex hęc l. 5. ā contrario argumentantur,
qvāsi & tunc locus esse posset huic Jurij. in contrariis b. f.
actionibus, si de fide ruptā agatur, cum in contrariis hīsce
semper agatur de commodo pecuniario l. 18. §. 2. ff. commo-
dati, facit, qvōd in hoc commodum non cadat affectio l. 3.
ff. de contrar. tutel. act. ad argumentationem ā contrario d.
l. 5. ff. depositi subtilis Bellonus Supputat. l. 2. c. 14. n. 6. ita
respondit: Hęc consequentia non procedit, non modò in con-
trariis, sed nec in directis, uti videri potest in l. 3. ff. b. t. ubi age-
batur directa & de fide ruptā, & tamen non juratur in litem de
affectione: & ratio est, qvia requiritur aliud, qvā perfidia, sc.
natura rei, supra qvā cadat affectio: & hoc est, qvōd scripsit
Jētus l. 5. depositi, dum subdit, sed de indemnitate ejus, qvi deposi-
tum suscepit.

§. 4. Arbitrariæ actiones juxta §. 31. Inst. de Act. sunt,
qvā ex arbitrio Judicis pendent, ut reus, nisi juxta illud
arbitrium actori satisfaciatur, ex bono & æquo, pro condi-
tione cujusque rei, condemnatur; ratio CL. DN. Pome-
reschio ad d. §. 31. fol. m. 406. hęc est: Qvia harum actionum
ea est natura, ut initio benignè potius & clementer, qvā strictè
& asperè cum reo sit agendum, ratio rationis, qvia enim subtilitate
aliqua juris juvatur reus, nimis durum videtur, nullā precedente
amicā monitione, ad tam gravem condemnationem pervenire, cum
si semel ā Viro bono fuisset admonitus, illicò rem restituisset l. 14.

C 3)

§. 1. ff.



§. 1. ff. quod met. caus. hæc Ille. Hæ verò actionibus bonæ
fidei & stricti Juris opponuntur, ac ita tertiam actionum
speciem constituunt, quia bonæ fidei judicia laxiorem Ju-
dici attribuunt judicandi facultatem §. 30. I. de act. l. 7. ff.
de negot. gest. l. 24. in fin. ff. Depositi. Arbitrariæ verò quidem
admittunt etiam arbitrandi licentiam d. §. 31. I. de Act.
sed non ex sui naturâ, sed ex clausula Judicis, nisi arbitrio
paritum fuerit. Deinde cum arbitrariæ recipiant ex acci-
denti arbitrium Judicis, stricti juris actiones non erunt,
cum has verbis conventionis metiamur l. 99. ff. de V. O. Ca-
pitalis textus est in l. 7. ff. de eo quod cert. loc. Vid. Bachov.
Disp. VII. de Action. th. 1. Quarum actionum differentiam nec
Jure Canonico nec hodierno antiquatam esse probat c. 3.
X. de caus. Poss. c. fin. depositi, & c. 6. X. de Exception. Vid. DN. D.
Georg. Schulken in Synopsi Instit. Juris Imperial. ad Tit. de Act.
lit. T. à fol. 591. Treutler. Vol. I. Disp. XIX. th. 2. lit. C. ibiq; Bachov.
Quod igitur contra Amesius l. V. de Conscientia cap. 42. n. 22.
fol. 393. sic scribit: Hinc divisio illa contractuum, quæ alijs dicun-
tur esse bonæ fidei, & alijs stricti juris, non est accurata, neq; locum
habet in Foro Conscientiæ & coram DEO: Bona enim fides in
omnibus Contractibus requiritur; quia in illa præcipua pars na-
tura contractuum consistit, ex illa & secundum illam, quatenus li-
quere potest, judicium est ferendum. In omnibus igitur Contracti-
bus procedendum est ex æquo & bono potius, quàm ex verbis &
summo juris rigore, in quo summa sæpè injuria continetur. Rectè
CL. Struv. Exerc. XLVI. th. 75. fol. 731. judicat: Ostendere Ame-
sium, se distinctionem hanc non intellexisse: Siquidem bona fides
hic in causis obligationum quasi per ideam inspecta, &
quod dictis factisq; contrahentium non inhæreat, est be-
nigna interpretatio actuum humanorum, expendens, aliquid ex
bono & æquo verisimiliter actum esse; ex quo actio bonæ fidei no-
minatur, ubi Judici permittitur ex bono & æquo estimandi, quid
alterum alteri præstare conveniat d. §. 30. Inst. de Act. t. t. Inst. de
Oblig. quæ ex consens. ac eatenus illa bon. fid. actio stricti juris
actioni

quæ
fidei.

actioni opponitur, quia in hac Judicis potestas conventio-
ni partium adstricta est *l. 99. ff. de U. O.* Si verò bona fides
in concreto sumitur & dictorum factorumve constantiam
& veritatem notat, etiam contractibus stricti juris eadem
inest. *l. 4. C. de O. & A.* Vid. *Franzk. Exerc. XIII. ad J. Qv. 6.*
Rebhan. in Hodog. Chart. II. Clim. IV. §. 59. fol. 630. Circa hanc
significationem verò bonæ fidei ipse Amelius convenit
cum Jctis, dum d. l. §. XXI. ita scribit: *Forma interna Con-*
tractus legitimi est bona fides, quâ quis sincerè intendit, semet-
ipsum obligare ad illud præstandum, quod præ se fert, idemq; quan-
tum in se est, præstare: ratio est, quia contractus includit consen-
suum promissorium, promissio autem est testimonium, quo quis fidem
suam obligat ad fidem alteri faciendam, de hoc aut illo præstare do-
atq; adeò, ut sit vera ac sincera, internè & essentialiter exigit fidem
bonam contrahentis. Quamvis & hinc nonnihil desiderari
possit, præsertim cum Amelius d. l. §. 27. admittat, quod
dolus in contractum incidens, hunc non vitiet, quod certè
in universum verum non est. Nec potest iniqua esse stricti
juris conventio, cum in eà Juris Naturæ parte, quæ dicit,
pacta esse servanda, fundetur. Vid. *Pufendorff. Element. Ju-*
ris Pr. Univers. Lib. II. Obs. IV. §. 29. f. 337. Hinc cum distinctio
illa contractuum à Majestate in Remp. suam sit inducta,
indubitatè in conscientia obligabit Cives, modo eo, quo
potest: nec, quod jam dictum, illa adstricta verbis obliga-
tio à se repellit bonum & æquum, sicut enim æquum est,
signa seu verba valere debere pro eo sensu, quem com-
munis inter ejusdem lingvæ homines usus tulerit. *Pufen-*
dorff. Element. JPrud. Univ. lib. II. Obs. 4. §. 36. fol. 351. ita itidem
æquum est, verba valere debere pro arbitrio contrahen-
tium, cum horum sensa animi satis exponant. Patet verò
ex illo Ameliano judicio, quàm periculosè quandoq; phi-
losophentur, qui, moralia tractando, à Jure Romano sese
separant. Licere verò etiam in his arbitrariis actionibus
in litem jurare, probat textus in *l. 18. ff. de dolo malo l. 68. ff.*
de R.

de R. V. §. 31. Inst. de Act. Vid. Umm. ad Proc. Disp. XX. tb. 4. n. 18.
DN. Struv. Exerc. XVII. ad π. tb. 63. f. 629.

§. 5. Stricti juris actiones dicuntur, in quibus certum aliquid petitur, id est, creditores à debitoribus nil amplius quàm debitam summam consequi possunt l. 23. ff. de Pignorat. act. l. 3. §. in hac, 2. ff. Commodat. V. Cic. pro Q. Roscio Comædo: Senec. 3. de Beneficiis 7. In his verò, si ex accidenti mutantur in arbitrarias, id est, ad restituendum vel exhibendum agatur, jurari in litem posse, eleganter dicit & probat Jctus in l. 5. §. fin. ff. b. t. his verbis: *Planè interdum & in actione stricti judicij in litem jurandum est, veluti, si promissor Stichus moram fecerit, & Stichus decesserit, quia Judex aestimare, sine relatione Jurisjurandi, non potest rem, quæ non extat: obtinent enim hic requisita hujus Juramenti v. th. 8. hinc Duarenus ad d. l. 5. §. fin. fol. 225. dicit: Duo in strictis Judiciis esse necessaria, dolum adversarij & difficultatem probationis, id est, cum res petita aut perit omninò, aut nusquam comparet, & Wesenbec. π. b. t. n. 6. vers. nisi propter difficultatem probationis. Vid. DN. Carpz. in Process. Tit. XII. Art. IV. n. 8. Rauchbar. p. 1. quest. 9. n. 32. Struv. Exerc. XVII. tb. 64. in fin. Schotan. in Colleg. Jurid. Disp. XXX. tb. 34. f. 504. in princ.*

*In factis / nec est Juramentum
in litem*

I X.

Ut ut fatear, Juramentum in litem Affectionis & Minorationis differre, ratione efficientis, Subjectivæ & Objectivæ causæ, itemq; ratione temporis: concedo tamen, utrumq; ratione estimationis, itemq; ob difficultatem probandi; & quod utrumq; prestitum admittat probationem in contrarium, & moderationem; conspirare.

§. 1. Juramentum in litem Juri Civili deberi, dubium non habet: minutionis verò Jusj. der Verminderungs End Saxonico Jure inductum esse, Periti hujus Juris admittunt.
Vid.

Vid. N. G. S. Tit. 31. quicquid Zobelius Different. Juris Civil.
& Saxon. P. IV. Differ. 15. n. 6. fol. 634. contra statuat, quem
refutatum v. ap. Hartm. Pistor. Lib. 1. qv. 16. n. 1. Rauchbar. l. 1.
qv. 9. n. 4. & Berlich, P. 1. Decis. 88. n. 2. & DN. Carpz. in Process.
Tit. XII. art. 4. §. 2. num. 11.

§. 2. Iterum professi Juris Romani est, quod Juramen-
tum in litem soli actori deferatur l. 7. ff. b. t. v. th. 6. & 7.
minorationis verò soli reo Landk. lib. 1. art. 47. & 51. N.
G. S. Tit. 31. ibi: Das der Beklagte dieselben entweder mit
seinem Eyde vermindern z. cujus non obscura ratio est, quia
ex delicto descendit, ibi, Das er solche seine Schäden / & §.
Dieweil aber auch: Carpz. d. l. n. 15. Berlich. P. 1. Decis. 88. n. 9.

§. 3. De materia Juramenti in litem affectionis egi
thes. 8. V. quæ ex Praxi superaddenda sint, ap. Carpz. d. l.
§. 4. n. 41. Circa solam verò vim expulsivam & ablativam
occupari illud minorationis, certum est ex Nov. Ord. Ju-
dic. d. t. 31. in fin. Exesse igitur debet Sententia Berlichii d.
Decis. n. 26. qui idem Jusj. in realibus injuriis quoq; admit-
tit, cum indubitatum sit, Jure Saxon. reales injurias certo
astimatas esse. DN. Carpz. d. l. n. 46.

§. 4. Jusjur. in litem etiam ante præstitam gvarandam
& litis contestationem locum invenit, ob naturam sui,
quia legale est seu à Judice defertur: minorationis verò
Juramentum non aliter, nisi actor ante gvarandam & litis
contestationem sub eodem fundamentum agendi super-
struxerit: N. G. S. Tit. 31. ibi, Jedoch wosern Kläger vor
der Gewehr und Kriegsbesetzung die petition seiner Klage
darauß gerichtet / dann hernacher ist er damit nicht zu hören:
qvâ Electorali Decisione opus erat, cum non tantum Dd.
Juris Saxonici, sed & Collegia super hoc negotio serram
contentionis recipiarint: ut videre est ap. Rauchbar. P. 1.
qv. 9. à n. 5. f. 66. rationes hujus sunt, quod, sicut libellum,
ita nec Jusjur. hoc ante gvarandam & lit. contestationem
mutare licet, & ne quantitas in libello expressa postea di-

D

minua-

Dei iudicio
de iudicio
de iudicio
et alia

NB.

Quia non ad
certa iudicio
linguam & ne
certa iudicio

Dei iudicio
de iudicio
de iudicio
de iudicio
de iudicio



minuatur. Vid. DN. Carpz. Proc. Tit. XII. art. 4. à n. 35. f. 430.
Respons. l. 3. Resp. 56. Prax. Crim. l. 2. qv. 95. n. 19. & qv. 99. n. 48.
DN. D. Taubmann. ad N. O. J. d. t. 31. num. 2.

§. 5. Juramentum in litem hoc & minutionis circa
æstimationem convenire, certum est. l. 1. ff. de in lit. Jur. l. 2.
l. 9. ff. eod. Churfürstl. N. O. d. t. 31. ibi, Daß er solche seine
Schäden selbst anschlagen möge.

§. 6. Cur ob probandi difficultatem, imò ferè impos-
sibilitatem, Juramentum in litem sit inductum, dixi §. 2.
Tb. 7. nec dubito, qvin & Serenifs. Elector in Juramento
minorationis d. t. 31. N. O. d. eò respexerit, qvia damni
illati difficillima est probatio: Carpz. Proc. d. l. n. 14. nec
subscribi potest DN. Hartm. Pistor. P. I. Q. 16. n. 2. ita scriben-
ti: *Et inde magis dilucidè apparet, quod æstimationem hanc Jura-
mento diminuendam tum demum admittant (Jura Sax.) quando
res ipsa, quæ ablata fuit, amplius restitui non potest, si enim dispo-
sicio hæc Juris Sax. ad damnorum etiam æstimationem pertineret,
ea non solum locum haberet, quando res ablata restitui non potest,
sed & tum, quando reus ejus restituende facultatem etiamnum
habet, &c.* Sed ab hæc interpretatione recedendum esse
jubent verba N. Ord. Judiciar. Tit. 31. hæc: Daß er solche
seine Schäden selbst anschlagen möge: putandumq; Serenifs.
Constituentem Jura sua interpretari posse arg. l. 1. C. de LL.
melius illis, qui legum figendarum destituti sunt potestate.

§. 7. Rursus utriq; Jurij. in litem & minutionis esse
commune dico, ut probationem in contrarium admit-
tant: per rationem Juris evidentem, quod utrumq; à Ju-
dice deferatur; aliter verò comparatum est, si pars parti
deferret Jusj. pars enim & hic transegisset & adversarium
Judicem in sui causâ constituisset l. 31. sub f. l. 37. ff. de Jurej.

§. 8. Et circa moderationem Judici permissam utrum-
que Juramentum convenire statuo: (seq. th. X.) Quoad Ju-
ramentum in litem affectionis JPrudentia Romana, nisi
fallor, ita distingvit: Judex ab actore æstimatam juratò
summam

summam postea moderari potest: *arg. l. 15. C. de Judiciis.*
Idemque prius summam, in quam postea jurandum est,
taxare habet: licet enim verum sit, quod Lex immediatè
certum modum non ponat, & sic infinities jurare liceat
l. 68. ff. de R. V. Schotan. in Exercit. Juridico Part. III. Pandect. ad
b. t. p. 393. Judici nihilominus arbitrandam quantitatem
permisit: & patet ex *l. 4. §. 2. & l. 5. §. 1. ff. b. t.* quàm hæc
materies Jctis elaborata sit: ubi hæc. *d. §. 2.* verba: *Ne ar-*
repta occasione in immensum juretur; moralitatem præ se
ferunt, tum Justitiam Juramenti in litem affectionis asse-
rendo, tum exertè malitiis juraturi, forteàn avaritiæ de-
diti, nequicquam indulgendo: quam legis moralitatem
fatentur & suis verbis exornant *DN. Carpzov. in Proc. Tit. XII.*
Art. 4. §. 3. à n. 18. & DN. Hahn. ad Wesenb. b. t. n. 8. qui invento
Wesenbeciano in hisce verbis *d. n. 8.* *Cum enim ex affectio-*
ne tantum juretur, potest Judex affectionem jurantis ad ÆQUUM
BONUMq; redigere: feliciter suum adjecit: Deinde Jctus in
d. §. 2. fundamentum arbitramenti judicarii indagat, quod
partim à Jurisjurandi licità delatione, partim à naturâ ju-
diciorum bon. f. desumit. Neque obicem Leges ponunt
Judici, quin potius permittunt, ut post præstitum Jusjur.
ex magnâ causâ & postea repertis probationibus à suâ taxa-
tione recedere possit *d. l. 4. §. 3. ff. b. t.* Videbo, cur *Bachov.*
ad Treutl. Vol. I. Diss. XXI. th. 13. l. d. verb. licet ex magna cau-
sa & c. dissentiat: *Asl (Treutler.)* scribens, *Judicem post de-*
latum & præstitum Juramentum posse reum minoris condemnare,
aut prorsus absolvere ex magnâ causâ, & postea repertis proba-
tionibus: quod licet ita tradatur in l. 4. §. 3. ff. de in lit. Jur. dubio
tamen non caret, siquidem propter delum & contumaciam rei in
litem juratur; in cujus pœnam indulgetur aëtori, ut etiam juret in
insinitum: ut proinde non appareat satis, quænam illæ sint causæ &
probationes, ob quas retractetur hoc Juramentum; cui retracta-
tioni refragatur ratio juris, utcumq; duplo amplius rem aestimaverit
actor. Quin *Bachov.* aliàs egregius Juris Romani inno-
vator,

vator, sibi non respondeat, eò quod sententiam l. 4. §. 3. ff. l. 1. fundatam, impugnat, dubitari nequit; qui dum ipsi dubium est, quod Legi clarum, ut interpretis Juris tolerari nequit. Dispiciam nunc de ratione Juris, quam Bachov. habet: Ego didici ex l. 12. ff. de LL. §. l. 2. C. quæ sit longa consuet. quod, uti ratio, ita & Lex, Prudentiæ Romanæ sit principium: Deinde quid judicandum de iis, qui, lege rejectâ, rationem juris obvertunt; Antonius Massa de Arte Juris lib. 2. n. 73, fol. 103, 104. & Kleinschmid de Præcognitis Juris Tr. 4. Sect. 6. §. 13. n. 25. p. 259. consulendi, qui compendifacti ita sentiunt: *Aut inquisitio hæc rationis tendit ad eum effectum, ut Lex tanquam injusta redarguatur, & illa illicita erit: aut eò, ut legis sententia patefiat, & licita erit.* Jam Bachov. per rationem juris, quam adeò urget, non dubiam tantum legem, sed fermè iniquam reddere satagit: quomodo igitur audiendus? Esto verò: præponderare posse Legi rationem juris, certè illa Bachovio laudata ratio juris, non est absoluta, sed hypothetica, scilicet si actor non iniquè æstimaverit, quod apertissimè patefit ex d. l. 4. §. 2. & d. l. 5. §. 1. ff. b. t. An verò in Saxonico minutionis Juramento arbitrium Judicis, ex permisso Legislatoris, regnare possit, quæstio haud proletaria est, potissimè ex eo, cum PRINCIPIS ELECTORIS voluntatem concernat, de qua ex Sanctione in Nov. Ord. Judiciar. Tit. 31. primâ fronte non liqvet. Verum enim cum hic Tit. 31. ad usum & observantiam judiciorum, ibi, *Und darauß eingeführten üblichen Gerichtsbrauch* / circa hoc Jusj. revocetur, quem usum deinde Serenifs. in supremo Appellationum Dicasterio approbavit, uti testatur Carpz. lib. 3. tit. 6. Resp. 56. n. 18. nullus nunc dubito, quin de mente Serenifs. Legislatoris satis constet; accedat illa æquiparatio hujus cum illo in litem affectionis Juramento, quam urget Carpzov. d. l. & in Proc. d. l. n. 25. ad hæc verba d. t. 31. obstantia fermè: *Oder wie sie von dem Kläger angegeben / respondet, quod non opponantur Judicis taxationi, sed* Jura-

Juramento à reo præstando, ita, ut si is jurare noluerit, æstimatio ab actore facta sit restituenda, præviâ tamen Judicis moderatione, quæ subintelligenda est.

Licet Jus viarum Regale sit, atq; exinde easdem sartas teclas, vectigali recepto, PRINCEPS servare debeat, propterea tamen damna à viatore ad certam quantitatem Juramento Dominorum æstimari non possunt.

§. 1. Regalia cum Dn. Schnobelio *Disp. Feud. IV. tb. 17.* mihi sunt jura ei, qui superiorem non recognoscit, in signum supremæ Eminentia & Salutem Reip. competentia: quæ Quidam Jure proprio, Quidam indulto habent. Vias publicas verò non infimam Regalium partem occupare notum est ex *l. 2. §. viarum. 22. ff. ne quid in loco publico 2. F. LVI.* ratio est, quia ad Majestatis curam spectat, ut viæ rectè sese habeant, munitæq; sint, ad easq; custodiendas cujusque loci Magistratum cogere possit, *l. 4. C. de Privil. domus Augustæ &c.* quam curam Veteres Romanorum Imp. diligenter obiisse ex Historiis notum est: Sic ex *Siculo Flacco Lib. de Condit. Agrorum Sixtin. de Regal. Lib. 2. c. 2. n. 12.* refert: Quod viæ regia accipiant Curatores, cujusmodi Curatorem generum suum Agrippam esse voluerit Augustus, teste Sveton. in Ejus vitâ, & Alexander Severus Romæ Urbis Regionum & viarum Curatores 14. constituerit; Lampridius in ejus vita.

§. 2. PRINCIPI verò sive secundum veritatem, sive Analogiam tali, hoc jus viarum transcribo, & quod consequens est, etiam ad eundem spectabit in viis publicis Judictio: *V. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 2. à n. 16.* Antequàm cœtera theseos verba explicem, necessarium esse duxi expedire hoc, quibus PRINCEPS Legibus sit solutus? Præsuppono, Tò Legibus solutum esse gemino modo accipi, vel non coërceri Legibus, vel hasdem suarum actionem normam

D 3,

non

non agnoscere; nunc mea est sententia: Princeps omnibus Legibus, quoad vim coactivam, non verò directivam, (distingv. sc. inter Legum potestatem, quæ mensuratur *δυνάμει*, seu coactione & quæ ex vinculo conscientiæ & honestatis venit: quorsum præter testimonium Theologorū & Philosophorum allegare mihi lubet l. 3. C. de Testam. l. 4. C. ad L. Falcid. l. 8. §. 2. ff. de inoffic. testam. hoc est, quod Sutholt. Dissert. de mero & mixt. Imperio tb. 35. habet: Neq; tamen hinc Principum quovisquam libertatem licentius grassandi, Jura divina & naturalia violandi, sibi polliceri ausit, eò enim gravioribus pungitur Conscientiæ stimulis, eò vindictam DEI experietur graviolem, quò delictum & peccatum apparet minus, & quò peccat gravius, ad cujus exemplum mores omnium Civium conformantur, hæc Sutholt.) solutus est §. 6. J. de J. N. G. C. hoc est, quod ad distinctionem hanc indicandam in Jure nostro dicitur: Princeps Legibus solutus est, etiamsi Legibus vivat l. 31. ff. de LL. l. 4. C. eod. §. fin. Inst. Quib. mod. testam. infirm. ratio est Philosophorum, quia nemo sese cogere potest, cum coactio præsupponat principium quoddam externum. Vid. DN. Hahn. ad Wesenb. π. d. t. n. 7. Corvin. ff. de LL. §. Princeps tamen fol. 15. Sutholt. Dissert. de Mero & Mixt. Imperio n. 37. 38. 75. 76. & omnis vis atq; autoritas Legibus sit à Legislatore. Boxhorn. Institut. Polit. L. 2. c. 9. §. 14. fol. 72. ibiq; in explanatione fol. 185. Noviter quidem CL. Hornius Tr. de Civitate Lib. II. c. 2. §. 11. fol. 219. distinctionem vis coactivæ & directivæ ideò impugnat, quia etiam in hæc coactio adsit: ego ita didici, divinas Leges, naturalesq; vel absolutè sumi, vel approbatè: illis quoniam Princeps teneatur, piaculum foret negare velle, anteaq; concessi: approbatis verò quoad *δύναμιν ἀναγκαστικὴν* non teneatur: Quia pars sunt *τῶν νόμων δημοῦ*, jam omne illud, quod per Legislariam potestatem accedit absolutis juribus, est totum juris positivi, nec Principem, qui hoc sub manu sua habet, obligare potest. Siq; ad Jctorum interpretationes etiam Gentium & Naturæ Leges spectant, quod rectè sentit

CL. Co-

Cl. Conringius de Civili Prudentia Cap. III. p. 43. Nec verò, scribens, abs omni ratione Juris Peritis potius, quàm ulli eruditorum alteri Ordini commissa est multis in locis ipsa etiam Reip. cura: primò enim ipsa Illorum (de iis loquor, qui Judiciis præesse idonei sunt, non autem de aliis) propria professio, quæ circa LEGES cum CIVILES tum GENTIUM & NATURÆ occupatur, eximiam partem negotiorum Reip. sibi vendicat: cum Medicorum, & qualis hodiè vulgò censetur Philosophorum doctrina, non nisi leviter illa attingat: Theologorum paulò amplius quidem, itidem tamen minùs; Philologorum verò aut aliorum id genus hoc faciat nihil. Hæc invidendi ingenii & judicii Dn. Conringius. Jæti verò non nisi Leges Majestatis in Rep. explicant; vel ex hoc ipso, solverem Majestatem Legibus ex Jure Divino & Naturali in Civitatem inductis.

§. 3. Nunc usus assertæ distinctionis sese offert: Sive enim Principem jure suo vero sive analogo sumas, ad damnorum restitutionem Eundem coarctare nequis, ob defectum fori competentis suo modo, quod ut præsupponatur notes diligenter velim. Cæterùm Territoriorum Dominos meantibus per vias publicas damnum illatum refarcire, aut delinquentem exhibere debere, certum est ex l. 2. §. 12. ff. de Offic. Pres. Urbi l. 3. l. 13. ff. de Offic. Presid. Recessu Imperii de Anno 1555. §. Nach dem aber ein jeder Churfürst &c. & de Anno 1599. §. Damit dann die Obrigkeiten / ibi, setzen / ordnen und wollen &c. Vid. Wurmser. Exerc. VI. ad Jus public. Qv. 22. fol. 277

§. 4. In casu hujus theses, locum nullum relinquo Juramento spoliati, sed testibus damna probari sufficienter necesse est. Ratio ex t. 7. §. 3. desumi potest, sc. quod hoc in litem affectionis Juram. ob dolum & latam culpam rei & ne quidem contra hujus hæredē detur: Jam Territorialis Dominus dolo & culpâ vacat, cum nō nisi ratione custodiae teneatur, quæ ommissa quasi delictum erit, quod vias malis hominibus non purgaverit. Ex quo patet, l. 9. C. unde vi;

vi; ubi res perditæ, in defectum probationum, Sacramento æstimari possunt, huc non spectare, quia Dominus Territorii vim nullam fecit; cum d. l. 9. vim delinquentis exercere requirat. V. ib. Perez. n. 2. fol. 499. & Zoësius fol. 704. Gail. lib. II. Obs. 64. n. 10. Berlich. P. 1. Decis. 88. à n. 42. Coler. de Proc. Execut. P. 1. c. 2. n. 338.

X I.

Actor jurare necesse non habet, si reus jussus, ut restituat, paruerit: & quæ alia dissentanea huc trahi debent.

Res decisa satis est in l. 68. ff. de R. V. ubi dicitur: *Qui restituere jussus, judici non paret & c. Si non potest restituere, si quidem dolo fecit, quo minus possit is, quantum adversarius in litem sine ullâ taxatione in infinitum juraverit, damnandus est: Cum enim, verba sunt Meieri, Decad. III. Cap. IV. ad d. l. 68. ff. de R. V. c. 4. n. 9. fol. 950. iste reus dolo egerit, ut quasi non possessor absolvatur l. 27. §. 1. ff. de R. V. atq; ita tum actorem, tum judicem conatus sit eludere; neq; Judex aliam habeat rationem rem ad effectum perducendi, quàm si deferat jusjurandum in litem: ideo sine taxatione jusj. in litem in infinitum defert. l. 4. §. 2. l. 5. §. 1. ff. de in lit. jur. Hæc Meier. Qui & n. 13. ibid. & Ummius Disp. XX. ad Proceß. tb. 6. n. 24. fol. 816. dubiis Fabrianis satisfacisse videntur. De cæteris dissentaneis vid. Colleg. Argent. π. b. t. §. 11. fol. 772.*

X I I.

Existit Juramentum in litem Veritatis.

Ob acerrimos Adversarios, quæstio hæc τὸ ὄν πτæter voluntatem ferè tractanda est; æquidem in theseos V. analysi §. 2. anticipavi hoc thema, sed cum pauxilla ibi adlata sint, huic loco tanquam commodiori, alia reservavi. *Antonius Faber*, aliàs fiduciã ingenii fretus & elegantia stili eminens *Lib. XVI. Conj. 1. & 13. & XVII. error. pragm. c. 6. 8. & 10.* in hoc negotio multus est: cujus vitulã deinde felix admodum discipulus aravit *Caspar Schifordegber ad Anton. Fabr. lib. 1.*

lib. 1. Tract. 24. qv. 7. in f. fol. 197. Verba ipsius hæc exscribo: Et sanè
quod Pragmatici & ininterpretes Jusjurandum veritatis appellant, de
eo ne apex quidem in Jure nostro reperitur consignatus. Legimus
quidem in hoc Jurisj. genere affectionem prestandam l. videamus 4.
in pr. ff. de in lit. Jur. non autem legimus, veritatem prestandam
esse. Quorsum verò hoc Juramentum recipiamus, cum fieri nequeat,
quin ex jurantis affectione plaris res aestimetur, quàm reverà sit l. 1.
ff. eod. quia necessario indulgendum aliquid est adfectioni jurantis,
de cujus perjurio nec facile quæri solet l. f. ff. b. t. Quid enim prodesset
jurare in litem, si nullo modo adfectioni indulgeretur; tum etiam,
cum neq; dolus, neq; contumacia ulla est, quæ venire possit in aestima-
tionem, atq; cum Jurisj. in litem indulgendi ratio alia non sit, quàm
quod iniquum sit, cogi Dominum, re suà carere & eam justo pretio
vendere l. 25. §. 1. ff. solut. matrim. l. 8. ff. de in lit. Jur. l. 9. ff. rerum
amot. inde nimirum fit, ut per Jusj. præter ipsam rem, aestimetur quo-
que contumacia possessoris, atq; ita crescat condemnatio, l. 1. ff. de in
lit. Jur. absurdum etiam est, dicere, aestimari quanti res est, quod
fieri dicunt per Jusj. in litem, quod Veritatis appellant, quia quoties
juratur, non solum quanti res est, sed etiam quanti contumacia est,
aestimatur, & Prudentes ista non modò pro diversis, sed etiam pro
contrariis habent, condemnari quem, quanti res est, & condemnari
quanti actor in litem juraverit. l. 8. ff. b. t. de in lit. Jur. & c. hæc
Schifordegh. Ubi in antecessum dico, quod quidem meum
non sit, cum eminentissimo Jcto lites serere velle vel posse,
sed quia ab Eodem, ut puto, offenduntur Jura, pro horum
Auctoritate responsurus, exercebo me; nec illud quenquam
latere potest, quod Juris Veritas magis conspicua fiat, si de
contrario constet. Primum verò Schifordegherianum
haud nocere potest, ut ut enim in hæc Jurisj. in litem mate-
riã de vocabulo Veritatis silerent Leges, res tamen ipsa in
jure expressa est, uti l. 1. ff. b. t. hoc ita fit etiam in aliis Disci-
plinis, ut propter rem cognitissimam, nomina convenien-
tia fingere liceat. Alterum est, quod totum esse Juramenti
in litem, affectioni jurantis ultra rei pretium attribuat, cum

E

ob

Benjamin
L. 1. ff. b. t.
de in lit. Jur.
num. 1. ff. b. t.

ob defectum doli & contumaciæ res aliàs æstimari non pos-
set: hîc verò Schifordegher æqvitatîs articulos excedere
videtur, dum rei citra dolum & procaciam perditæ non
veram sed infinitam æstimationem quasi imperat; Conce-
derem, quod in Juramento Veritatis ex affectione etiam
juretur, non quidem singulari, sed communi, scil. quanti
res revera est *d. l. 1. ff. b. t.* nec inane jurantis commodum
est, quod, quanti res deperdita venire potuerit, non ritè
probare debeat, sed ejus juratæ assertioni stetur: Spectat
huc quod Marcianus *d. l. 5. ff. b. t.* habet; qui §. 3. negat, ob
culpam, sc. levem, in litem jurari posse, quo ipso innuit, si
dolus & contumacia adversarii subsit *l. 1. l. 2. §. 1. ff. b. t.* Jura-
mentum in litem affectionis præstari; deinde idem §. *fin.*
d. l. 5. etiam ob culpam sc. levem, aperit locum Jurij. in litem,
non certè affectionis ob *d. §. 3.* sed veritatis; ac unà *d. §. 4.*
propriam Juramenti in litem veritatis persequitur, ibi, &
in actione stricti judicij, & ibi, rem, quæ non extat: in quo rei non
existentis casu, Judex æstimare nequit, non quidem per re-
rum naturam, sed quod citra injuriam actoris, cui, prout
ibi *Franzk. n. 19.* scribit: *culpa aliàs rei noceret, si probationem
ipsi quanti res, antequam periret, fuerit, injungeret, quæ diffici-
lis & propterea nulla est, cum nec instrumenta de rei æstimatione
confici soleant, nec testes repertu faciles, qui rem, dum extaret, quanti
esset, curiosius observaverint: atq; etiã citra rei (injuriã,) si nuda asser-
tioni & æstimationi injurata actoris fides haberetur, cum genere suo
iniqum sit, quem in causa sua Judicem fieri; æstimare non possit.*
Consule insuper *Donell. lib. 26. c. 10. fol. 299.* ibiq; *Hilligerum
lit. B. fol. 403.* & *DN. Hahn. ad Wesenbec. n. 4.* Tertio demum
Schifordegher scribit, quod *quoties in litem juretur, non solum
quanti res est, sed etiam quanti contumacia est, æstimetur, & Pru-
dentibus contraria sint, condemnari quem, quanti res est, & con-
demnari, quanti actor in litem juraverit.* Sed reor, Eruditis-
simum Jctum sibi non constare: dissona hæc sunt, jurare
in litem, est affectioni jurantis indulgere, & jurare in litem,
est

est etiam jurare, quanti res est, utrumq; enim scripsit Schifordegger: *Si, quod verum est, quia juris est, juratur in litem, non solum quanti res est*, certè fundamentum pro Jurej. in litem veritatis suppeditatur: Sic enim antea scripsi, quod in utroque Juramento æstimetur quanti res est, sed nunc speciali, nunc communi æstimatione: *Carpzov. in Process. Tit. XII. Art. 4. §. 1. n. 3.*

XIII.

Hoc igitur locum habet, si res, quæ petitur, ob moram vel culpam, etiam levem, adversarii, non extet, vel deterior sit reddita, ut actor æstimet, quanti revera res est, si aliunde æstimari nequeat.

§. 1. In præcedenti th. dictum fuit, quod mora & culpa etiam levis hoc Jusj. causentur, sic *l. 2. §. 1. ff. b. t. jurata æstimatione vera & infinita, ratione culpæ, doli aut contumaciæ, sibi opponuntur: & in l. 68. ff. de R. V. elegans parallelismus est: adde l. 3. l. 5. §. ult. ff. eod. dico culpam levem: noti Juris, quod culpa simpliciter prolata levem significet l. 5. §. 2. ff. commodati: quæ hinc in morâ non restituentis consistit, posteaquam res aut perit, aut deterior reddita est, v. l. 5. §. f. ff. b. t.*

§. 2. De re non extante, textus sat clarus est in *d. l. 5. §. fin. de eadem deterioratâ idem sentio, est enim hæc deterioratio quodammodo interitus aliquis seu analogicus, hoc est, quod Donell. Comment. lib. XXVI. cap. 10. p. 300. habet: nam & id, quod eatenus perit, non extat, nec magis potest nunc æstimari sine Jurejur. quam si res omninò periisset; prostant in hanc rem expressi textus l. 3. ff. de Condict. tritic. & l. 3. §. 1. ff. commodati. Vid. Uimm. Disp. XX. ad Proc. th. 8. n. 35. fol. 819.*

§. 3. Quanti verò revera res est, actori æstimandum: hinc meruit nomen Jurisj. veritatis, præstatur enim super justo rei valore, omni singulari affectione ad rem sepositâ; hinc iterum sublestæ fidei hæc Antonii Fabri propositio: *In quâ actione condemnatur reus, quanti res est, in eâ non potest jurari*

in litem, inculatur; siquidem in hoc Jurisjur. genere quanti res est, & quanti interest, sunt eadem *v. l. 179. l. 193. ff. de V.S. & l. 2. §. 1. l. 3. l. 5. §. fin. ff. b. t.* aliàs verum est, quod verba, quanti ea res est, semper ad veram æstimationem rei referantur: id verò quod interest, itidem jam ad communem rei æstimationem traducatur, jam ex affectione singulari, jam ex conventionem diduci soleat *v. Alciat. Brechaus & Fornarius ad l. 179. p. 385. itemq; Bachov. Disp. 7. de Act. tb. 15.*

§. 4. Et hinc, uti in Juramento affectionis, *tb. 8.* ad difficultatem probationis recurre: quam difficultatem *Barzotus* ita accipit, cum res petita aut perit omninò, aut nusquam comparet *l. 47. §. 4. ff. de Legat. 1.* Certè & in *l. 3. ff. b. t.* hanc probandi difficultatem adesse, textus ostendit in fine, siquidem ibi de interesse dicitur, quod in facto consistens *l. 24. ff. de R. I.* difficilem probationem exigit *l. fin. ff. de Praeror. stipul.* ut, verba sunt *Ummij. d. Disp. XX. tb. 8. n. 37.* fieri non possit, quin *d. l. 3. cum d. l. 5. §. ult. ff. b. t.* planè coincidat, nempe ut velit, æquè in bon. fid. judiciis requiri & moram rei & difficultatem probationis, siquidem in litem jurandum sit, quàm in stricti juris actionibus. Adde *Duaren. Comment. ad d. l. 5. §. fin. n. 52. fol. 225.*

XIV.

In quibus actionibus Juram. affectionis, in iisdem & veritatis, adeò, ut indubiè etiam in strictis judiciis ex delicto oriundis; imò in pluribus aliis negotiis, stationem suam collocet.

§. 1. Argumentationem illam ab uno affectionis: vid. *th. VIII. ad alterum veritatis Jusjurandum, stabiliunt textus l. 5. §. fin. l. 9. ff. b. t. l. 50. pr. ff. de furtis.* In omnibus verò his Judiciis præsupponendum est, rei æstimationem à Judice investigari non posse *l. 4. §. fin. l. 5. §. 3. ff. b. t.* hoc est, quod *Treutl. Vol. I. Disp. XXI. tb. 13.* ad verba hæc thesicos: *in omnibus Judiciis, notat, quia aliter de rei æstimatione constare nequit; ubi super-*

superfluous & tautologus suâ commentatione Bachovius est: *Obscurum & ambiguum*, scribens, *hoc est, quo sensu Juramentum Veritatis in omnibus judiciis interponi dicat: Equidem in iis judiciis, in quibus est, rem æstimare, non potest huic Juramento locus esse.*

§. 2. Non tantum in stricti iudicii actione: (ita phrasis est *d. l. 5. §. ff. b. t.*) quæ ex contractu *d. §. fin.* sed & quæ ex delicto descendit *l. 9. ff. b. t.* hoc Juramentum regnat: quæ *l. 9. à Donello* de solâ furti actione cum adjectione temporis accipitur, sed monet ibi *Hilliger.* etiam eandem de conditione furtiva exaudiendam esse, si spectetur principalis ibi quæstio, non de tempore, juxta quod æstimatio fit, sed an adijci debeat, eò plurisve.

§. 3. Quæ alia hujus Jurisj. negotia sint, facile disces ex *l. 2. §. 1. l. 4. §. fin. l. 5. §. fin. l. 9. ff. b. t. & l. 91. pr. & §. 3. ff. de V. O.* selectos hos casus suggerit *Menochius de Arbitr. Judiciis lib. 2. cent. 3. casu 208.*

XV.

Circa æstimandam rem, in hoc Veritatis Juramento, ita statuo, quòd, quo retrò tempore res non extans sive deterior reddita, ante sententiæ pronunciationem, pluris fuit, id omne actor consequi debeat in Judiciis bonæ fidei: si verò stricto iudicio agatur, ad tempus litis contestatæ respiciendum sit.

§. 1. Dico, quòd retrò tempore res pluris fuit, quæ phrasè indicatur non simplex æstimatio, sed quanti res à tempore perditionis & deteriorationis æstimari potuit: *V. l. 20. ff. de R. V. l. 31. ff. de Reb. cred.* nec alienum à scopo erit, si, prout in materia Legis Aquiliæ verba hæc: *Quanti plurimi fuit §. 9. Inst. ad L. Aquil.* accipiuntur, textus quidam huc applicentur; *l. 21. ff. ad Leg. Aquil.* dicitur: quæ clausula æstimationem habet damni quòd datum est, & §. 2. *& hoc jure utimur, ut ejus, quòd interest, fiat æstimatio.*

E 3

§. 2. Acris

§. 2. Acris controversia agitata est, potissimè inter *Antonium Fabrum Lib. XVI. Conj. C. 5. & de errorib. Pragmat. Dec. XVI. error. 10.* unà cum *Gasparo Schifordeghero lib. 1. Tract. 24. ad Fabrum,* qui ut discipulus illum Præceptorem pressè ubiq; sequitur: & inter *Dn. Andream Koblum Exercit. 17.* de tempore, quod est à condemnatione usq; ad executionem, quoad æstimationē, ineundo: ego cum *CL. Struv. Exerc. 17. tb. 69.* in thesi distingvo: quæ distinctio fundamentum in Legibus habet: scribitur enim *l. 3. §. 2. ff. commodati,* in hac actione, sicut in cæteris bon. fid. judiciis, similiter in litem jurabitur, & rei judicanda tempus, quævis res sit, observatur: quamvis in stricti, litis contestatæ tempus spectetur. Rationem, quoad judicia b. fid., hanc dat *CL. Struve,* quia demum eo tempore post sententiam, quæ ad restituendum vel exhibendum est condemnatus, ob non factam ex contumacia vel dolo rei restitutionem, incipit deberi æstimatio in locum rei succedens: Idemq; juris est, si citra causam moræ vel culpæ rem vel planè non vel difficulter debitor præstare possit. *l. 37. ff. Mandat.*

XVI.

Judex minoris condemnare nequit, quàm juratum est, nisi reus ostendat, ultra verum rei pretium juratum esse.

§. 1. Esto ita, quod prius interesse, damna & expensæ judici æstimandæ sint, antequam juretur, ne aliàs, si Juramentum præcedat, jurans fortè perjuriū incurrat, uti ob textum in *Autb. post Jusjurandum C. de Judiciis,* statuit *Rosbach. Proc. Civ. Tit. 69. n. 8. fol. 463.* premit nihilominus Judicem necessitas quædam, ne infra juratam summam condemnet: Sic enim *c. 10. Nov. 82. Cæsaris* Autoritate cautum est; ibi, deinde ille juraverit; non habere licentiam judicem minus, quàm juratum est, condemnare. Hinc *l. 9. C. unde vi,* dicitur: quod Judicem ita condemnare oporteat; nec admittunt prima *d. l. 9. C. verba,* ut cum *Bachovio ad Treutl. Vol. I. Disp. XXI. tb. 13. l. d. d. l. 9.* de casu speciali intelligas. Ad *Corvin. in Aphorism. ad π. b. t. in fin. Treutl. Vol. I. Disp. XXI. tb. fin. Schnobel. Disp. VIII. ad π. tb. 25.*

§. 1. Et

§. 2. Et hinc ferram contentionum reciprocant Doctores:
Illorū sententia recipi debet, qui dicunt, posse Juramentum
in litem veritatis retractari; Sic enim scriptum est *l. fin. ff. b. r. de perjurio ejus, qui ex necessitate Juris in litem juravit, quæri facile non solere*; ut innuat Jctus, posse aliquando de perjurio disceptari, nec *d. l. fin. de affectionis Jurej.* capi potest; supra auctoritatibus & rationibus Legum adsertum fuit, quod infinities hinc jurando res æstimari possit: nō potest igitur hinc quis dici pejerasse. Sed quid ad eum, contra quem juratum est, ut de perjurio aliquando quærat? admitto, si criminaliter de perjurio agatur, quod ad reum hoc non spectet, sed ad causam interesse publici: *Ar.*, verba sunt *Donell. Comment. de Jure Civil. l. 26. c. II. causa esse potest, si reus de damno privato laboret, quod amplius justā æstimatione solvit vel solvere recusans, quod amplius, exigitur*: proinde hoc casu Jusjurandū retractari potest, nempe civiliter agendo & de re privatā & familiari: alienum ergo à juris veritate est, quod *Rosbach. de Proc. Civ. Tit. 69. n. fin.* putat, non posse Judicem juxta æstimationem ab actore Jurej. factam reum vel absolvere, vel etiam minoris condemnare, ne, si minus condemnaret, quàm Juramento veritatis taxatum esset, ab actore perjurium commissum demonstratur. Vid. *Umm. Proc. Diss. XX. tb. fin.*

XVII.

Etiam Jure Rom. perjurii pœna, licet extraordinaria, est.

Pœnæ in Jure aliquot sunt recensitæ, perjurus enim, si Illustris est, privatur dignitate *l. 17. C. de dignit.* nunc subit infamiam *l. 41. C. de Transact.* adde *l. 21. l. 22. ff. de dolo malo.* Perjuriū verò Jure Civili impunitum esse, seriò defendunt *Donell. l. 24. c. 9. p. 97. ibiq; Hilliger: & l. 26. c. XI. fol. 304.* Concepta verba ita habent: *Et si quædam agatur criminaliter, perspicuum est, nullam admodum agenti idoneam causam esse de eo (perjurio) quærendi, quia ut perjurium puniatur, in quo solum est vindicta publica, privati nihil interest l. 7. §. 1. ff. de Injur.* Quo fit, ut putem, de perjurio ejus, qui in litem juravit, criminaliter & extra ordinem, quæri nec posse nec solere, confirmatur quod generali illà sententia *l. 2. C. de Reb. Cred. Jurisj. contem-*

contemptam Religionem satis Deum ultorem habere. Hæc Donell. Ubi in Scholio Hilliger lit. M fol 351. superaddidit: Ita omninò est, quod prius membrum d. l. 2. C. poenam omnem aliam removeat. Sed his, ut fiat satis, laborabo pro viriculis: Donellum ex Donello ita convincerem:

De quo est vindicta publica, illud spectat ad objectum
Juris Prudentiæ Romanæ;

Sed de hoc, ut perjuriū puniatur, est vindicta publica. E. Minor Donelli est: Majorem probo, tum, quod Romanis Majestatibus, ad vindictam publicam spectare, visum fuit, circa id Legislatoriæ potestatem exercuerint; tum, quod absurdum sit, Principes suam imminutam vindicasse poenis Majestatem; in DEUM verò evomitam injuriam inultam reliquisse. v. suprâ th. 3. in f. Deinde non ineptiunt illi, qui rem omnem distinctionis remedio conficiunt: sc. vel jurari coactū, vel inconsulto calore, vel dolo malo: quam distinctionem verba *d. l. 2. C.* admittunt: jam e. gr. Veneris calore percitus temerè jurat, quem à poena humana *d. l. 2. C.* eximit: imò *Callimachus* & à divinâ liberat, scribens: *Juravit, sed ajunt Jura-menta amatoria nō pervenire ad aures Deorum.* Hinc *Ovid. de Arte:*

Jupiter ex alto perjuriam ridet amantum,
Et jubet Æolios irrita ferre notas.

*Audi Besselium Dissert. XVI. ad π. th. fin. ita inq. uientem: Qui per venerationem Principis jurat, non per Principem jurat, sed per eum, quem Princeps veneratur, nempe per DEUM, quare hic sensus est l. 2. C. de Reb. Cred. quod siue immediate siue mediate pejeratum sit, perjurium illud satis DEUM ultorem habere, quod svadet dictio, et si, quæ auget disputationem ad illam q. ualitatem, cui adjicitur; cum igitur textus loquatur de illo casu, ubi calore quodam pejeratum est, in diverso casu diversum obtinebit: Tantum, de hâc Juramenti in-
litem materiâ, prolatum tenui Minerva, sufficiat:*

Bonus hæc bene consulet.

DEO MEO

Sit sempiterna Gloria.






ULB Halle
006 681 948

3



V D 17







Farbkarte #13

B.I.G.

S. T. 1300.
INAUGURALIS, 1300.
MENTIS
FECTIONIS 39
TATIS: 1668 17^a
ORITATE MAGNIFICI
RUM ORDINIS,
IDE,
ECTABILI,
MPLISSIMO, CONSUL-
LLENTISSIMO,
ONERGERO,
T ANTECESSORE LONGE
CTORALIS, SCABINATUS, ET
IC SUNT, NEC NON JUDICII
ERIORI LUSATIA EST,
GRAVISSIMO,
*orum Promotore omni honoris
tatem devenerando,*
ENTIA,
nores & Privilegia Doctoralia
effendi,
um Examini sistit,
r / Coldic. Misn.
r. A.R.S. M. DC. LXIIX.
ris ante & pomeridianis.
NIEL Schmaß/Univ. Typogr.

